

CLXXXV.

1293, 21 dicembre, Salerno.

Davanti al giudice Matteo Ursone, presenti parecchi testimoni, Nicola Marzullo di Salerno dichiara che, considerando la fragilità della vita umana e che niuno può conoscere l'ora della sua morte, e conoscendo poi quale culto devoto di notte e di giorno si presta a Dio e alla Madonna nel monastero di Montevergine, per acquistare la salvezza della sua anima, desidera di essere *oblato* di quel monastero e di volerne portare l'abito, e dona ad esso parecchie case che possiede in Salerno, presso la chiesa di S. Andrea de Lama nel rione dei Vietresi. Se ne riserva però, vita sua durante, l'usufrutto, obbligandosi di dare al monastero stesso, *causa cognitionis*, mezza libra di buona cera ogni anno, e di ricevere in sua casa l'abate, i monaci e i loro familiari, e anche i cavalli, quando venissero a Salerno, senza però dare loro il vitto. L'abate si obbliga di dare, ogni anno, al Marzullo, vita sua natural durante, due moggia di grano, un quarantino *de bono et puro oleo* di oliva, otto rotoli di buon cacio ecc., e si fanno altri patti. L'abate riconosce di non essere sotto la giurisdizione della città di Salerno, e l'istrumento, scritto dal notaio, viene sottoscritto dal giudice e dai testimoni.

Archivio di Montevergine. vol. CV, n. 38.

In nomine domini Dei et salvatoris nostri Jhesu Christi, anno ab incarnatione ejus millesimo ducentesimo nonagesimo tertio et nono anno regni domini nostri Caroli secundi, Jerusalem et Sicilie gloriosissimi regis, ducatus Apulie et principatus Capue, Provincie et Forcalquerii illustrissimi comitis, et secundo anno regni domini nostri Caroli primogeniti suprascripti domini nostri regis Dei gratia Ungarie illustrissimi regis et quinto anno principatus eiusdem magnifici principis Salerni et Honoris Montis Sancti Angeli domini, die lune, vicesimo primo mensis decembris septime inductionis. Ante me Matheum de Ursone, iudicem, presentibns domino Mario Caputgrasso, milite, iudice Pandulfo Caputgrasso, notario Pandulfo Dardano, Presbitero Johanne et Riccardo, germani, qui dicuntur Caputgrasso, Matheo de Raduldo et Johanne de Vitale, testibus subscribendis et ad hoc specialiter rogatis, Nicolaus qui dicitur Marzullus, filius quondam Johannis, civis Salerni, coniunctus

est cum Domino Guilielmo, Dei gratia venerabili religioso abbatte monasterii sancte Marie Montis Virginis, ipse tamen dominus abbas pro parte eiusdem monasterii. Et ipse Nicolaus, considerans fragilitatem conditionis umane et quod homo mori certissimus certumque vite spatiū et oram mortis aliquatenus non cognoscit, commonitus itaque celitus Dei instinctu qui nullis nunquam sensibus subiacet, set sola mente soloque capite intellecta pro suorum et parentum eius reatum nexibus relaxandis que vanis nature saltibus et humane carnis fragilitate de levi emergunt catholice religionis cultum laudabilem qui in eodem monasterio ad honorem Dei et beate Marie semper virginis die ac nocte devotius observatur, subtili quadam indagine prescrutando, pro salvatione etiam sue anime acquirenda, sicut ei placuit, bona sua spontanea voluntate, non vi, non metu nec dolo inductus, sponte, per convenientiam, per hanc cartulam obtulit se in oblatum eiusdem monastesii, obtulit etiam, dedit, donavit et tradidit a presenti ipsi domino abbati pro parte eiusdem monasterii recipienti integra sex catodea, duo videlicet ex eis suptentronalia, alia duo orientalia, et aliqua reliqua duo meridionalia, et integrum primum solarium cum duabus camminatis, quarum una est meridionalis et alia septentrionalis, que super eisdem catodeis constructa sunt, et ea sibi ipse Nicolaus pertinere asseruit de terra cum casa fabricata solarata et scalis fabricatis, que constructa est inter hanc Salernitanam civitatem, in loco Veterensi, subtus et prope ecclesiam sancti Andree de Lama: que videlicet terra cum casa a parte septentrionali andito iuxta quod porta suprascripte terre cum casa in pede suprascriptarum scalarum constructa et de terrula que est inter eam et de ipsis scalis vallatoriis parietibus et fenestrīs earum ab ipsa terrula et usque secundum gradum qui est asuper vallatorio quod est ante ostium suprascripti solarii. Et qualiter ipsa oblatio, datio, donatio et tradictio constructa et edificata est et iuste construi et edificari poterit et cum muninibus exinde continentibus, ea ratione, ut integra ipsa oblatio, datio, donatio et tradictio, qualiter super legitur, semper sit in potestate et iurisdictione partium supradicti monasterii. Et partes suprascripti monasterii licentiam habeant de eadem oblatione, datione, donatione et traditione facere quod voluerint, si tamen quod ipse Nicolaus

predictam oblationem, dationem, donationem et traditionem amodo et donec vixerit, sua potestate habitationis et usufruendi nomine teneat et de usufructu ipsius quod voluerit faciat, ita quod ipse Nicolaus teneatur dare omni anno partibus suprascripti monasterii in festo sancte Marie de mense augusti, causa cognitionis ipsius, medium libram de bona cera vel pretium equivalens pro eadem, faciendum quod voluerint. Et quandocumque idem dominus abbas et monachi et successores eorum aut familiares ipsorum venerint ad civitatem Salerni, quod idem Nicolaus eos cum equis debet recipere et tenere in eadem oblatione etc. donec steterint et morari voluerint in civitate predicta gratis, nichil idem Nicolaus eisdem domino abbati et monachis et equis ministrando de suo. Et nichilominus partes eiusdem monasterii teneantur dare omni anno amodo et donec vixerit inter hanc Salernitanam civitatem ad domum in qua ipse Nicolaus habitaverit etc. tempore arcarum duos modios de bono grano, et in festa natalis Domini unum quarantinum de bono et puro oleo olivarum et octo rotulos de bono caseo... et ipse Nicolaus debet habitare et morari et laborare de voluntate eiusdem domini abbatis in civitate Salerni toto tempore vite sue et quicquid lugraverit sit eiusdem Nicolay et a medietate primi futuri mensis iulii in antea idem Nicolaus debet sibi fieri facere expensis suis et portare tonsuram et vestimentum ut oblatus eiusdem monasterii, ipso vero Nicolao obeunte, ipsius usufructum integrum extinguitur, sue proprietati consolidandum et ad potestatem eiusdem monasterii ipsa oblatio... libere revertatur.. Et si ex hoc ad partes reipublice proclaimactio facta fuerit et dampnum exinde contigerit, tunc totum ipsum dampnum partes eiusdem monasterii eidem Nicolao restituant et predicta omnia compleant.. Pro quibus omnibus adimplendis.. ipse dominus abbas etc. guadiam ipsi Nicolao dedit et fideiussorem ei... posuit semetipsum, obligans partes eiusdem monasterii ipsi Nicolao ad pignorandum omnes res eiusdem monasterii legitimas et inlegitimas. Et per ipsam guadiam ipse dominus abbas obligavit pro parte suprascripti monasterii, si sicut superius scriptum est non adimpleverit... componere ipsi Nicolao triginta augustales. Preterea suprascriptus dominus abbas... consensit in me predictum iudicem et subscriptum notarium tanquam in suos iudicem et notarium, cum sciret.. nos... non esse... Que omnia

ego Thomasius Dardanus publicus Salerni notarius et rogatus interfui. scripsi et meo signo signavi.

- † Ego qui supra Matheus iudex.
- † Ego predictus notarius Pandulfus Dardanus testis sum.
- † Ego predictus iudex Pandulfus Caputgrassus testis sum.
- † Ego predictus Riccardus Caputgrassus testis sum.
- † Ego predictus Johannes Caputgrassus testis sum.
- † Signum crucis proprie manus predicti Johannis de Vitale qui pro teste interfuit.

CLXXXVI.

1293, 23 dicembre, Napoli.

Il principe Carlo scrive allo strategoto di Salerno di aver saputo che del danaro, che doveva servire per la costruzione del porto della città, una forte somma era stata depositata [durante il regno di Manfredi] presso Clemenza, sorella di Giovanni Da Procida e suo figlio Gualtiero Giuncata. Ordina che, se ciò è vero, richieda e senz'altro esiga dagli eredi di quelli la somma, e la mandi a Napoli a Brunetto Burlamacchi, della società dei Baccusi, da cui aveva preso a mutuo del danaro da servirgli pel viaggio che doveva fare in Toscana.

Reg. ang. n. 79, fol. 75^a.

Lodoyco de Montibus, vicario Principatus et straticoto Salerni. Datum est nobis intelligi quod olim de pecuua operis portus Salerni uncie auri centum viginti novem, tareni viginti octo et grana duodecim deposita fuerunt per quondam presbiterum Johannem magistri Philippi penes quondam Clementiam sororem Johannis de Procida et Gualterium Juncatam natum eius... quodque de predicto deposito debita restitucio... non existiterit subsecuta Ideoque... precipimus quatenus, si de predicto deposito... tibi constiterit per legitimum documentum et predictorum depositariorum heredes de ipsius depositi restituzione seu satisfactione debita legitime docere nequierint, ab heredibus ipsis predictam summam